MONUMENTA
GERMANIAE

uno actum est, balistarii Venetorum cum navibus castellatis uno robore et ingenio fractis sex grossis cathenis prendiderunt[a] et viriliter defensaverunt. Que omnia Albericus recogitans eorum impetum sustinere ausus non est, sed cum uxore ac filiis et militibus Theotonicis nocte reliquit Trivisium[b] et ad castrum sancti Zenonis confugit, in quo erant thesauri Ezelini absconditi, ibique municione loci confisus ad manendum se contulit. Sed persequitur eum predictus exercitus. Accurrunt etiam Paduani et Vicentini et exitus at introitus castri totaliter prohibetur. Post obsidionem autem IIII mensium obsessi milites et populares graviam obsidencium in~~x~~venire cupientes primo castrum, deinde turrim municiorem et ipsum facinorosum tyrannum cum uxore, VI filiis et II filiabus in manus hostium tradiderunt, a quibus variis laceracionibus et collisionibus occiduntur. Sicque infra spacium XI mensium duo illi fratres feroces quasi dracones extincti sunt. Tali fine concluduntur tremenda potencia, scelerata parentela et abbreviata hystoria Ezelini. MCCLXI Michael Palialogus[c] iam[d] fortificatus in dominio Latinis Constantinopolim abstulit, quam a MCCIIII usque ad MCCLXI tenuerant. Contra papam Urbanum manentem apud Urbem Veterem misit Manfredus infinitam multitudi-

a) prendiderunt C.

b) Trivisium ausgeschrieben.

c) Am Rande rechts von ders. Hand: CCX~~X~~III pars III d)

d) Muss heissen CCXXXIII pars III, wo über Michael Pal. gehandelt wird f 263 recto col 2.